

Leop. Voss (Jah. VII, 871) Offen alle Uebersetzer in Rom  
ist folgend, auf 3 Fragen (Glossar. II. III) an Gertrud Brief Augustin,  
wird von selbst, aber von glückseligen Geist. Que est de si communis,  
mit 33 glückseligen. Man sieht, ob man die Frage, in der Frage, das man sich selbst  
d. Worte immer von sich selbst.

113.  
Petis a me responderi super Formosiana calauitate, utpote igna-  
rus veritatis. Quod respondeam, non invenio; totum enim responsum  
est. Verborum enim copia frustra perstringere vitium est, praesertim  
cum epistola brevi clausa responderis dicens: si quis alius evan-  
gelizaverit, etiam angelus de caelo veniens, propter id quod est,  
anathema sit. Jam enim quid fatuitatis. Quid igitur prodigio,  
tot membranas occupare et de exemplaribus plenariis cotidie  
capitularia in tomis transferre, cum desit auditorium insuper  
alto sopita aspis sono gravique liturgico adeo pressus, ut  
nullo queas excitari sono? Illis itaque hoc agere competis,  
quibus est commissum magisterii remigium. Illi debeat audire,  
quatenus usque ad sanguinem resistat; ego autem vilis et fluxus  
oris debeat audire, dicentem: In patientia tua possidebis animam  
tuam; et iterum: cultas iustitiae silentium. Paulus igitur cum  
esses vas electionis, magister ecclesiae nos ab homine, sed ab  
ipso deo in apostolatu electus, non se estimavis competentem,  
volanti mago imperare, sed dixit: Tuum est, Petre, imperare; mihi  
autem, orare. Sic nimirum, sic orandum nostrum est, ut dor-  
mientis deus in navicula, lauras et iudices caesarem suum. Ce-  
terum victus tuo favore, neminem carpens neminemque repre-  
hendere, non ullum certum lauens, distribuam tibi, te praesule  
seque indice, sub rethorico formate actionales caesarum voces,  
quarum intentione et repulsione quis tibi vanitatis palum ac-  
quiras, possis vigilanter discernere. Verum primum, antequam  
in auditorium fis ingressus, pro foribus paulisper vis artis aperienda